Plus q̃ ꝓpheta quando christum digito
demōstrauit. Apostolus. quia a deo missus
fuit. Apostolus enim idē est ꝙ missus. vñ
Fuit homo missus a deo. ꝛc. Martir quia
pro iusticia mortem sustinuit. Confessor:
quia confessus est. ꝛ non negauit. Virgo.
vnde propter virginitatem appellatus est
angelus. Mal. iij. Ecce ego mitto angelū
ꝛc. In egressu de mū do habuit triplex mu-
nus. quia efficitur martir inuictus. Tūc e-
nim palmam martirij adeptus est. Dirigi-
tur nuncius preciosus. Ipē enim illis qui
tunc erant in limbo preciosum nunciū at-
tulit. s. de aduentu christi ꝛ de eorū redēp-
tione. Et colitur eius exitus gloriosus. E-
ius enim exitus de omnibus qui ad libuz
descenderunt specialiter ab ecclesia solēni-
zatur ꝛ colitur gloriose. Quinto ex eius p̄-
dicatione. Circa cuius predicationem an-
gelus ponit quattuor cum dicit. Et multos
filiorum israhel conuertet ad dominū deuz
ipōrum ꝛ prece. ꝛc. Ponit nanqꝫ fructuz
ordinem virtutem ꝛ finem. sicut in lrā ptz
Et notandum ꝙ predicatio Johannis tri-
pliciter fuit commendabilis. Ipē nanqꝫ p̄-
dicauit feruenter efficaciter ꝛ prudenter.
Feruenter cum dicebat. Genimīa vipera-
rum ꝛc. qui quidem feruor fuit inflāmatus
caritate. quia erat lucerna ardens. Vñ ipē
dicit in ꝑsona Jere. Posuit os meum vt
gladium acutum. Informatus veritate: qꝛ
erat lucerna lucens. Vnde Johā. v. Vos
misistis ad iohannē ꝛ ille testimoniū ꝑhi-
buit veritati. Directus a discretiōe siue sci-
entia. Vnde turbis ꝛ publicanis ꝛ militi-
bus ꝑm vniuscuiusqꝫ exigentiam ꝓpriaz le-
gem dedit. Et firmus constantia. Vnde tā
ꝯstanter predicauit: ꝙ ex hoc vitā amisit.
Hec enī quattuor debet hrē zelus ꝑm ꝙ dic̄
Ber. zelū tuū inflāmet caritas. informet ve-
ritas. regat scīa. ꝛ firmet ꝯstantia. Secun-
do predicauit efficaciter. qm̄ ad predicatio-
nem eius multi ꝯuersi sunt. Predicauit e-
nim verbo ꝑ assiduitatē doctrine. ꝛ exēplo
ꝑ sanctitatem vite. Tercio predicauit pru-
denter. Cuius prudentia predicationis in
tribus fuit. Primo in eo ꝙ vsus fuit cōmi-
nationibus vt malos terreret: d. Jam euī
securis ad radicem arboris posita est vt hic
malos terreret. Secundo vsus est ꝓmissi-
onibus vt bonos alliceret: d. Penitentiā
agite. appropinquabit enim regnum celo-
rum. Tercio vsus est moderationibus: vt
mediocres paulatim ad ꝑfectionem attra-
heret. Vnde turbis ꝛ publicanis ꝛ militi-
bus leuia imponebat: vt postmodū ad ma-
iora proueheret. Turbis vt opibꝰ mīe insi-
sterent. Publicanis vt se ab alienoruz ap-
petitu abstinerent. Militibus vt neminem
concuterent ꝛ nulli calūniam facerent ꝛ su-
is stipendijs contenti essent. Et notanduz
ꝙ Johannes euangelista hac die ad domi-
nū migrauit. sed ecclesia festum sancti Jo-
hannis euangeliste tercia die post natiui-
tatem christi celebrandum instituit: qꝛ tūc
ecclesia eius dedicata fuit. ꝛ solennitas na-
tiuitatis baptiste in suo die mansit. Mirū
quia hec dies ab angelo gaudio natiuita-
tis precursoris autentica fuit. Non āt dog-
matisandum est ꝙ euangelista baptiste ces-
sit: tanqꝫ minor maiori. Non enim decens
est quis eorum maior sit disputare. quod
in quodam exemplo, diuinitus est ostensum
Erant enim vt legitur duo doctores the-
ologi quorum vnus baptistam alter prefe-
rebat euangelistam. Tandem super hoc so-
lēni disputatione inducta: quilibet valde
sollicitus erat autoritates ꝛ efficaces rati-
ones inuenire quibus suum iohannem pos-
set preferre. adueniente autem disputatio-
nis die quilibet sanctorum emulatori suo
apparuit: eiqꝫ dixit. Bene cōcordes sum⁹
in celis. de nobis non disputetis in terris
Tunc illi sibi adinuicem. ꝛ omni populo
visionem publicauerunt et dominū lauda-
uerunt. Paulus hystoriographus Lon-
gobardorum Romane ecclesie dyaconus
et cassinēsis monachus cum deberet qua-
dam vice cereum consecrare: fauces eius
rauce facte sunt cum prius vocales essent.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0215
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG